



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Beneficiarivs, De Natura & Speciebus Beneficii Ecclesiastici: Item Simonia, pessima Beneficiorum Emprice

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Caput VIII. Alia beneficia sunt incompatibilia, alia compatibilia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42013

Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vite qua nunc est, & futura. V. Bon. de offic. div. publicè recitand disp. 3. q. 5. p. 5 aliosque Auctores ab ipso citatos Ex quibus omnibus valdè probabiliter inferitur, Canones non nudè præsentiam; sed ipsum quoque cantum intendisse: etsi illius explicitam mentionem non fecerint. Quando annui redditus beneficii in quotidianis distributionibus consistunt; adeoq; ipsum beneficiū constituant, dicendum est de illis, quod de fructibus beneficiorum doceri solet: quorū omnes, qui ex consuetudine, privilegio, vel aliā legitimā causā absunt, participes fieri possunt. Azor. l. c. Deniq; notandum est Covarr. l. 3. resolut. cap. 13. beneficium, cujus valor exprimi debet, prout exprimendus est in beneficiis à Papa obtinendis, non solere æstimari à quotidianis distributionibus beneficio accidentalibus.

Quid dicendum, quando omnes redditus beneficii in quotidianis distributionibus consistunt. Valor beneficii an æstimari soleat à quotidianis præsentis, ipsi beneficio accidentalibus.

CAPUT VIII.

Alia beneficia sunt incompatibilia, alia compatibilia.

EX necessitate residentiae personalis, beneficia rectè dividuntur in beneficia incompatibilia, & compatibilia. Priora sunt.

E

que

quorum singula per se vel jure naturali vel certè Ecclesiastico continuam personalem residentiam exigunt, adeoque ab una eademque persona simul haberi non possunt. Posteriora, quæ vel nullam,

Assignantur
incompa-
tabilia.

Hujus ge-
neris sunt
plura bene-
ficia curata,
plures Di-
gnitates,
Personatus,
etiam offi-
cia, quæ sũt
sine cura
animarum.

Quid dicẽ-
dum de E-
piscopatu.
Quid si Epi-
scopus pro-
pria autho-
ritate ad a-
lium Epi-
scopatum
transeat.

Aut aliud
beneficium
Episcopo
conferatur.

vel certè cum alio beneficio incompatible residentiam non requirunt. Incompatibilia sunt primò plura beneficia curata: itè plures Dignitates, Personatus, officia, etiã quæ sunt sine cura animarum, & ita quidem, ut secundo obtento, primum ipso jure vacet. *C. multa deprabend.* Excipe Episcopatum, qui non vacat per adeptionem alterius dignitatis aut beneficii. Quia Episcopatus non potest deseri sine speciali licentia Papæ. *c. 2. de transl. Episcop.* Quòd si Episcopus propriã auctoritate, non habitã licentiã Pontificis transeat ad alterum Episcopatum, privandus est utroque per sententiam judicis. *c. quanto de transl. Episc.* Collatio autem alterius beneficii etiam simplicis facta Episcopo est irrita, ut colligunt *DD. ex C. cum nostris, de prabend. cum in cunctis, §. cum verò de elect.* Nam si omnia beneficia electi in Episcopum post habitam confirmationem, consecrationem & quietam posses-

possessionem ipso jure vacant, non videtur ipsi novum validè conferri posse. Sed hoc intelligendum non est de Episcopis titularibus non habentibus ullam administrationem bonorum Ecclesiasticorum, quales sunt quidam Suffraganei. Horum enim beneficia non vacant per ejusmodi Episcopatum, imò aliud compatibile beneficium illis conferri potest, neque de eo, qui Episcopatum renuntiavit. Quia renuntiando privat se ipsum omni possessione & administratione, fitque similis illi, qui possessionem, & administrationem nondum adeptus est, aut cujus Episcopatus pauper vel debitis gravatus est. Nam huic beneficia simplicia & compatiblea, imò & incompatiblea accedente dispensatione Pontificiâ conferri possunt. *Laym l. 4. tr. 2. c. 8. &c.* Ex quo ipse non improbabiler inferit, Episcopo non habenti sufficientes redditus, beneficia antè obtenta relinqui posse. Cui enim ob justam causam, v. g. paupertatis novum conferri potest, eidem antè habitum relinqui poterit, maximè si Ecclesie consuetudo accesserit. Verùm hoc *Less. l. 2. c. 34. dub. 27. cum Nav. re-* *quius negare videtur. Quia relinqui*

Episcopo titulari, vel qui renuntiavit Episcopatu, aut pauperi vel debitis gravato poteritne beneficium simplex & compatibile conferri.

Incompati-
bilia quoq;
sunt duo
beneficia u-
niformia
sub eodem
tecto.

antè habita jus non permittit, sicut permittit, novum conferri posse. Secundò, duo beneficia uniformia, hoc est, ejusdem formæ & rationis sub eodem tecto, sive in una eademque Ecclesia v. g. duo Canonici ejusdem Ecclesiæ, ita quidem, ut primum vacet adeptione secundi, tametsi secundum uniforme beneficium ejusdem Ecclesiæ, accessoriè annexum, vel unitum sit, v. g. Canonicus adeptus in sua Ecclesia Dignitatem, puta Decanatum, Archi-Diaconatum, &c. cui alius Canonatus annexus est, acceptando illam dignitatem, ipso facto amittit suum Canonatum, quem ante habuit. *Vid. Clem. ult. de prabend.* Ex quo patet, jura magis horrere duo beneficia uniformia in eadem Ecclesia, quàm duo curata in diversis. Nam habens beneficium curatum v. g. Personatū cū cura, non prohibetur admittere beneficiū simplex, ut Canonatū, cui Parochialis Ecclesia annexa est, & quam per Vicarium administrare debet. *Cap. super eo, de prab. vid. Nav. cons. 23. de prab.* Et hæc modò dicta, in quibus adeptione secundi, etiam absque sententia quæ beneficiis dicantur *his*, vacat primum: Dicuntur incom-

COM-

compatibilia primi generis: ut autem adepto secundo vacet primum, requiritur non modò quieta possessio secundi, verùm etiam ut illius fructus percipere incipias, unde si hi alteri reservati sint, non amittis primum, quia inutilis & sine fructu est talis possessio. *C. si tibi concessio, de prebend. in 6.* Illa verò dicuntur incompatibilia secundi generis, quæ quidem citra dispensationem obtineri non possunt, obtento tamen secundo non vacat primum. Talia sunt reliqua beneficia, quæ personalem residentiam cum alio impossibilem postulant, v. g. duo Canonicatus diversarum Ecclesiarum, in quibus observatur constitutio *Trid. sess. 24. c. 12. de reform.* juxta quam Canonicis non est licitum quovis anno abesse à suis Ecclesiis ultra tres menses: item *juxta cap. cum singula de preb.* duo beneficia regularia etiam ejusdem ordinis seu monasterii: nisi fortè unum alteri sit unitum, ut propter annexionem veluti pro uno beneficio habeatur. Assignantur beneficia compatibilia. Hujus generis sunt

primò duo
beneficia
difformia
ejusdem
Ecclesiæ.

Item duo
beneficia
simplicia
diversarum
Ecclesiarum,
quæ non
exigunt re-
sidentiam
incompof-
sibilem.

Quid si Epi-
scopatus,
Parochia,
Dignitas su-
stentationi
insufficiens
jungatur

aut consuetudo alicujus Ecclesiæ
contraria sit. *Less l. 2. c. 34. dub.*
27. Nav. &c. Item duo Altaria
ejusdem Ecclesiæ, propter diversa
onera & officia illis annexa, ut si
in uno bis, in altero ter aut quater
hebdomadatim celebrandum fo-
ret, adeoque uni Capellano, qui
utrique obligationi satisfaciatur,
conferri possunt, saltem isthic, ubi
consuetudo obtinet sic conferendi.

Laym l. c. 8. Deinde duo bene-
ficia simplicia diversarum Ecclesia-
rum, v. g. duo Canonicatus, quo-
rum unum vel non requirit resi-
dentiam, vel utrumque non exi-
git residentiam impossibilem,
idque vel ex sui institutione vel ex
præscripta consuetudine, prout in
quibusdam Ecclesiis Cathedrali-
bus Germaniæ ex immemorabili
consuetudine hætenus retenta re-
quiritur tantum residentia medi-
anni vel trium mensium, quæ cum
à beneficiatis in utraque Ecclesia
intra annum servari possit, hi Ca-
nonicatus inter beneficia compa-
tabilia numerantur. Tertiò Epi-
scopatus, Parochia, vel Dignitas
insufficiens sustentationi, & aliud
beneficium simplex non requi-
rens residentiam. *Trid. sess. 24.*

c. 13. & 17. Quartò probabiliter
 duæ Parochiæ ita vicinæ, ut unus
 possit utrique satisfacere, & non
 possit facillè inveniri, qui uni soli
 ob reddituum tenuitatem velit de-
 servire, *juxta cap. 1 Clericus 21.*
quæst. 1. Nam Trid. sess. 24. cap.
17. præcipiens sub gravi poena ha-
benti plures Parochias, ut alteram
dimittat, etsi neutra per se ad su-
stentationem sufficiat, non videtur
comprehendere præsentem casum,
& solùm loqui de Parochiis longè
diffitis, quæ personalem residen-
tiam exigunt: duæ enim Paro-
chiæ dicto modo vicinæ æquiva-
lenter & moraliter loquendo, non
est nisi una, in qua proinde cessat
ratio & finis dictæ legis. V. Less.
lib. 7. c. 34. dub. 27. Azor p. 7.
lib. 6. c. 19. citans c. & temporis.
& postquam 16. q. 1. Quintò Di-
 gnitas vel Canonicatus & Paro-
 chia accessoriè unita, quæ per vica-
 rium administrati solet. Quia be-
 neficium alteri perpetuo unitum
 est unum cum illo, ejusque na-
 turam forsitur, unde Parochia
 unita simplici, participat conditio-
 nem simplicis, *Vid. Less. l. 2. cap. 34.*
dub. 27. Cæterùm tametsi absolu-
 tè loquendo non sit intrinsecè ma-

beneficio
 simplici nõ
 requirenti
 residentiam.
 Aut duæ Pa-
 rochiæ sibi
 jungantur
 ita vicinæ,
 ut ab uno
 utriq; satisfi-
 eri possit:
 nec sit, qui
 ob tenuitatẽ
 uni soli
 præesse ve-
 lit.

Vel Digni-
 tas aliqua
 aut Cano-
 nicatus Pa-
 rochiæ ac-
 cessoriè u-
 nitus.

Ostenditur, quã sit gra-
 ve, plura obtinere
 beneficia ad honestã
 sustentationem suffici-
 entia absq; justa causa.

nam, plura habere beneficia; ordi-
 nariè tamen illicitum est, & juri
 naturali contrarium, possidere plu-
 ra, quorum unum sufficiens est ad
 honestam sustentationem; ita ut
 per nullam dispensationem Epi-
 scopi vel Papæ, id licitum fieri pos-
 sit, nisi justa circumstantia aut cau-
 sa interveniat. Nam per beneficio-
 rum pluralitatem imminuitur di-
 vinus cultus, privatur Ecclesia suis
 ministris & operariis, fundatorum
 pia intentia evertitur, pauperiores
 fortè Ecclesiæ futuri magis utiles;
 à beneficiis arcentur: unde *Trid.*
sess. 24. c. 17. de reform. eam no-
 minat perversionem totius ordinis
 Ecclesiastici & *Alexander III. cap.*
quia in tantum, de prabend asserit
 in ea certum contineri animarum
 periculum, nec immeritò, utpote
 quæ nimix temporalis sollicitudi-
 nis, ambitionis, luxûs, incontinen-
 tiæ, litium, scandalorum, aliorum-
 que malorum fons & origo est. *D.*
Thom quodlib. 9. art. 15. & cum
 eo alii communiter. Dixi: nisi
 justa circumstantia, aut causa &c.
 Hac enim interveniente poterit u-
 nus idemque, per dispensationem
 plura obtinere beneficia. Assignan-
 tur autem à DD. tres causæ: Pri-
 ma

Statuantur
 tres causæ,
 propter

ma

ma est necessitas Ecclesiae, ut si sit idoneorum ministrorum penuria, v. g. in locis, ubi Hæretici dominantur, vel se in beneficia intrudere nituntur. Secunda ejusdem utilitas, ut si quispiam suâ doctrinâ, authoritate, aliisque qualitatibus, plus emolumentum videatur allaturus Ecclesiae, quàm plures alii. Et ex hoc capite fit, ut in partibus septentrionalibus viri illustres permittantur plura habere beneficia etiam incompatibilia, quæ potentiores sint ad tuendam Ecclesiam, & repellendos hæreticos. Tertia est evidens meritorum in Ecclesiam prærogativa, ut si quis Ecclesiae utilem præstitisset operam suâ doctrinâ, consilio, scriptione. *Qui enim bene præsumunt, ut loquitur Apost. I. ad Timoth. 5. duplici honore digni sunt, maxime qui laborant in verbo, & doctrina.*

quas pluralitas beneficiorum permitti potest.

CAPUT IX.

Alia beneficia sunt unita in perpetuum, alia temporaliter, sive ad vitam.

PER ordinem ad bonum Ecclesiae vel Beneficiati promovendum, quædam beneficia sunt unita

E 5 in